



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

§. 29. Beneficia Dei grato animo recolanda; consulit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

Quo Christo obstrictus, pro se quæ talia passus.

§. 29.

*Beneficia Dei grato animo recolenda consulit.*

Benedic Anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, Nomini sancto ejus. Benedic Anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus, &c. *Psal. 102. v. 18.*

**S**unt Benefacta Dei, devota mente colenda.

**P**ræfigenda oculis semperne oblivio tollat, Dissipat ut ventus pluvias, exsiccat & arva,

**S**ic ingratus homo, privat se rore favoris

**C**œlestis, Benefacta Dei, vix corde revolvens,

Indignus vitâ, & communi lumine solis:  
Dicitur ingratus, saxis plus durior ipsis,

Mollibus hæc cedunt, repetitis sæpius undis,  
Angues sævitia, crudeli pectore Tygres

Uros & lamias, superat feritate Dracones,  
Qui Benefactori grates, pro munere reddunt:

D 4

a Cum

a 2. Corinth. 1. b 2. Thessal. 1. c Sap. 16  
d Eccles. 19.

*a* Cumque Deo dignas, nequeas persolvere  
laudes,

*b* Offer quod poteris, cui grata est recta vo-  
luntas;

Si volucres cantu, si cuncta creata loquan-  
tur,

Vix benefacta Dei minima vel parte refer-  
rent,

Ergo homo quid poterit pro tantis reddere  
donis

Condignum? Nil: sola placet submissio Cor-  
dis,

Atque Animus gratus panis quem suscipit  
ulnis,

§. 30.

*Sanctos invocandos, & imitandos docet.*

Sancti per fidem vicerunt Regna, operati  
sunt iustitiam; adepti sunt repromissiones,  
lapidati sunt, secti sunt, in occisione  
gladii mortui sunt. *Hebraeor. 11. v. 33. & 37.*

*c* **G**Audia Sanctorum, devotâ mentere-  
volve,

*d* Festivi rutilæ qui fulgent Lampadis in-  
star,

*e* De victo Mundo, Sathana cum morte  
triumphum

*a* *Psal. 102. Luca. 1. b Luca 2. c 14*  
*d* *Sap. 3. e Isaia 9.*